
Synthesis

operationum tam Chemicarum quàm Pharmaceuticarum à Dominico Duprat Tarbiensi Exponendarum & Conficiendarum; Duce & moderatore M. Jacobo De Machy, Censore Regio, academiarum imperiali scilicet Naturæ Curiosorum, Regiarumque Berolinensis & Rhotomagensis nec non Pharmacopœorum Parisiensium Collegii Socio, & in eodem Collegio historiæ naturalis demonstratore publico.



Ex Galenicis.

Syrupus Anti-scorbuticus.

℞. foliorum virentium Cochleariæ ...
Beccabungæ ...
Nasturtii aquatici ...
Radicis Raphani rusticani, ...
Arantiorum amarorum ... ana ℔ I
Cinnamomi .... ʒ V.

herbas Contusas, radices, arantia, Cinnamomum frustulatim secta, mitte in Cucurbitam vitream, et Statim affunde
Vini albi generosi ..... ℔ XV.
Capitello protinus adaptato et ritè obserato, macerentur omnia per biduum. Cum balneo Maris et leni Calore destilla, donec libra una liquoris Spirituosi et volatilis sit Elicita: ex hoc liquore Cum
Sacchari albi ...... Duplo.
fiat eodem Caloris gradu Syrupus in vase Clauso vitreo vel faventino.
Liquorem in Cucurbitâ Superstitem Cum forti expressione Cola; hunc finito Residere, & decantatum Cum
Sacchari albi .... ℔ ii
Coque in Syrupum, priori admiscendum Cùm tepidus Evaserit.

Pulvis Contra Vermes compositus

℞. Corallinæ porphyrio lævigatæ
Seminum Contra ...
Absynthii vulgaris ...
Tanaceti, ...
Portulacæ ...
Mali Citrei
foliorum Scordii ...
Sennæ
Rhei electi ... ana quantum vis.
fiat omnium pulvis, secundum artem, quovis anno Renovandus.

Catholicum duplicatum Rheo.

℞ Radicis Polypodii querni Contusæ ℔ ß.
Cichorii, ... ℥ ij.
Glycirrhizæ, ... ℥ i.
foliorum Agrimoniæ
Scolopendrii ... } ana ℥ iij.
Coquantur igne Moderato in
Aquæ ...... ℔ VI.
ad quatuor. Sub finem ab igne Retrahendo adde
Seminis foeniculi .... ℥ i ß.
Infundantur per quadrantem horæ. Cum Cola et exprime;
Colatura Cum
Sacchari optimi ..... ℔ IV.
Coquatur ad Electuarii mollis Consistentiam. ab igne remotis admisce
Pulpæ Cassiæ
Tamarindorum } ana ℥ IV.
Deinde Sensim adjice pulverum paratum ex
Rhei electi
foliorum Sennæ mundatorum } ana ℥ IV
Glycyrrhisæ Rasæ ... ℥ I.
Seminum violarum ..... ℥ ii.
Seminum quatuor frigidorum majorum Mundatorum ..... ana ℥ iij.
fiat Electuarium Secundùm artem.

Pilulæ Sine quibus.

℞. Aloes optimæ ... ℥ i ʒ VI.
Scamonii ..... ʒ VI ß.
Rhei Electi ....
Mastiches ....
Absynthii vulgaris ..
Rosarum Rubrarum .
Sennæ Mundatæ .
Agarici Albi ..
Tartari Vitriolati. } ana ℥ j.
Omnia pulverentur, & cum Syrupo de Menthâ fiat Massa. —

Unguentum Tetrapharmacum Sive Basilicum

℞. Resinæ Pineæ ....
Picis Navalis ...
Ceræ flavæ .....
} ana ℥ VI.
Olei olivarum .... ℔ i ß
Liquentur & bulliant donec fæx nigra fundum vasis petierit. per inclinationem effunde; Cola et erit unguentum.

Emplastrum Norimbergense.

℞. Minii ...... ℥ VIII
Olei Rosarum .... ℥ XX.
Ceræ flavæ ..... ℔ I.
Caphuræ
Sebi Cervini ... } ana ʒ VI.
aquæ Communis . q. s.
fiat Secundum artem Emplastrum.

Ex Chimicis.

Flores Benzoini

℞. Benzoini electi Crassiusculè contriti q. s.
Mitte in ollam fictilem, desuper ritè adaptato Corniculo papyraceo in Modum Capitelli; igne leni fiat Sublimatio.
Refrigerato vase & corniculo flores albos obtinebis Singulis horis Colligendos, donec flavi Succedant

Sal Volatile Ammoniacum

℞ Salis ammoniaci .... ℔ I
Salis alcali fixi purissimi Cujuslibet ℔ ij.
siccata, pulverata seorsim et mixta, inde in Retortam; affunde —
Spiritus vini Rectificati ... ℥ V.
Coapta receptaculum. Commissuris vesicâ obseratis, Sine per horas viginti quatuor; Deinde ex arenâ, primum, leni igne, postea adaucto distilla Secundum artem. Absolutâ distillatione et Refrigeratis vasis, Sal volatile a Spiritu Separatum Servabis. —

Butirum Antimonii

℞. Reguli antimonii, ... ʒ VI.
Mercurii sublimati corrosivi, ʒ XVI.
Tere in mortario marmoreo. distilla per Retortam vitream brevioris et Latioris colli igne arenæ, per gradus augendo. butyrum antimonii instar glaciei Egredietur, Liquandum admoto carbone candente, si forte concrescat in collo. butyrum Exceptum rectificabis, et in vase Ritè obturato Servabis. —


Nota, quod si volueris cum butyro antimonii cinnabarim Elicere, butyrum conficies Ex una parte antimonii crudi et duabus Sublimati corrosivi procedendo ut Supra. —

has preparationes e codice facultatis desumptas — Legimus, vidimus et probavimus, die trigesimo mensis octobris anni 1778.

Philip 1us pharmaciæ professor. J. C. Desessartz Decanus
Le Peux 2dus professor pharmaciæ



has praeparationes e codice facultatis desumptas — Dedimus et vidimus; die trigesimo mensis octobris 1778.



Mr Duprat